Regna mea fundata manu: sententia fratri
Regna *mea* *fundata* *manu:* *sententia* *fratri*
Ista remo sedet: it curij deciq; precantur
Ista *remo* *sedet:* *it* *curij* *deciq;* *precantur*
Id numā cęlicolū cultor sanctiq; catones
Id *numā* *cęlicolū* *cultor* *sanctiq;* *catones*

hh. ii.

Id populus patresq; rogant: ne despice gentē
Nate tuā: Viden vt campis tam multa virorū
Milia prestantum generosis frontibus errent
Elysiis: te nemo tamen prestantur ore
Nō aīo melior nec ad horrida prōptior arma
Te externi nostriq; duces venerantur: & ipse
Depositis odij causis liuore sepulto

*Culius ore
sine causa relinquit
In laudibus suis
populi et romanis
officiis et virtutibus
suis admodum
non se relinquit
et admodum
et admodum*

Te prefert Cęsar: se maioremq; fatetur.
Quādoquidē pietas & nescia rumpere leges
Dignior est sceptro & regni diademate virt⁹.
Hac p̄ce mot⁹ erat: mētēq; mouebat ad arces
Antiquas artes belli martisque laborem:
Cum pater eloquij culto sic Tullius ore
Elexit ab inceptis animos. cetūq; resoluit.

Magne pater nostri generis: tuq; optie ciuis:
Optime dux: patrięq; ingens pietatis amator:
Quem ciues colui āte alios dū vita manebat.
Ferre vrbi auxiliū frustra meditamur: olympi
Ipse pater qui regna tenet qui fulmīa torquet
Sic statuit: scelus hāc hoīm sibi suscitāt iram:
Diuisę excitis se seditionibus vrbes
Aufonię lacerāt: vna intra mænia liuor
Ambitio nummiq; sitis corrumpere mores

Felices anime sedem quibus etheris alti
Iupiter indulget possunt ea fata mouere
Nos orbis quondam domini seruimus auerno
Fata regunt ille: terrenaq; regna gubernant.
Verte alio mentem: nec nos ea cura fatiget
Sit satis exilio nobis leuiore teneri.
His anime dictis cetu siluere relicto.
Interea nostras odiis flagrantibus vrbes
Exercent furie: per rura: per opida sequit
Martis opus: petriq; domus polluta fluenti
Marcescit luxu: nulla hic archana reuelo
Non ignota loquor: liceat vulgata referre
Sic vrbes populiq; ferunt: hic rumor ab austro
Cimerios ultra latices per opaca silentis
Claustra vie: sale concreto qua plurima crescit
Stiria frigentes scythie penetrauit in agros:
Venit ad herculeis per iberu gadibus equor
Qua subit excelsam Thetis interflua calpen
Ad vada gangarid u: magno q; proximagange
Rura tenent: gemasq; legunt: ea fama per omne
Iam uetus Europam mores extirpat honestos:
Sanctus ager scurris: venerabilis ara cinedis
Seruit: honorande diuim ganimedibus edes.

Quid miramur opes recidiuaq; surgere tecta:
Turis odorati globulos & cynamma vendit
Mollis arabs: tyrii vestes & muricis imbrem:
Indus ebur: croceū cylices & Tmolus odorē
Mel siculi: ferrū chalybes: tenuissima seres
Vellera: cretenses mollissima viua: tanager
Pernices mercatur equos: venalia nobis
Templa. Sacerdotes. altaria. sacra. coronæ:

Ignes. tura. preces celum est venale. deusq;

Xyste pater fidei custos omniūq; magister:

Quas bon' effuso moriēs in sanguine pastor

Abluit etatis damnosa licentia nostræ:

Quam veterum semper crescens icuria patrū:

Et sceleri pandens aditū moresq; seueros

Aduersata parit tua sentiat arma: coherce.

Hāc vitē: accipite ramos preme falce vagātes:

Nanq; feros fructus & tristē frugibus umbrā

Fert inculta: iacēs cererē necat: occupat agrū.

Mille sub his latebre foliis: & mille rapaces

Hac habitant sub fronde ferē: vulpesq; lupiq;

Mitiac; inuadūt lanianq; animalia passim

Sic cicurū genus omne perit: per ouilia regnāt

Sæuus aper: tygtes rapide: truculenta leonū

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Hic dicitur', 'quod dicitur', and 'et dicitur'.

Handwritten notes at the bottom of the page, possibly a commentary or glossary.



Mōstra tenēt nec adest Glauci castissima ples:
Cādida gorgonei capitis coma fluxit ī āgues:
Et neq̄ mercurij profunt nec palladis arma
Dedaleis inclusa viis minoia monstra
Passim habitant crebis vterū q̄ cędib⁹ augent
Nec potis est multa ingluuiā saturare rapina,
Nec superat thesea manus, per tecta p̄ aulas
Harpyę funesta lues fluxuq̄ fameq̄
Infestę volitant boreæ genus omne recessit.
Syrenes redeūt & phæbi filia circe
Quę placidos hoīm ferali carmine vultus
Vertit in immites formas & in hora ferarū,
Plurima sunt nobis sancti vestigia seclī
Et gentis monumēta pię: sunt ardua templa
Sūt sacris cōgesta patrū sancta ossa sepulchris,
Est fidei caput est veri latrīa tonantis:
Ista sed hesperidū velut aurea mala dracones
Cerulei seruans: res detestanda nec vllis
Flenda satis lachrymis: nec me cōuicia quisq̄
Texere causetur mordaxq̄ excudere carmen:
Hæc sunt p̄ sanctis gemitus lamenta dolores
Moribus & superū pro maiestate querelę. (to
Ista mouēt supos: vocat hoc scel⁹ ethere ab alz

Bella famē & dirī genus insuperabile morbi
Heu sortē gregis aduersam sidusq; malignū
Quō custode caret: cū fracto vimīne sepes
Nocturnos aditu fures admittit aperto
Præsertim cū dura fames ieiuna leporum
Intestina premit rabidiq; mapalia Iustrant.
Præda sumus: fracto ferimur temone per altū:
Qua furit oæbalix violentior ira maleæ
Nunc vadū latrantis scyllæ nūc ora charybdīs
Radimus: & libycas rapido nūc equoris æstu
Pellimur in syrtis nūc per tua saxa Caphareu.
Pulsa dies tenebris: nubes Erimantidon vrsā
Abstulit: inditiū cæli magneta latentis
Perdidimus: tumet in mōtes: & lapsa remugit
Doris ha renosi salūnt ad sidera fluctus:
Aduersq; vndis vndæ: contrarius: euro
F Elat Zephyrus, boreas austro: subuersa dehis
Aequora & iter se spumis albētia pugnāt. (cūt
Vicini trepidant agri. pulsata reclamant
Littora vixq; obstāt collisa rebellibus vndis:
Ah miserę quę nūc inter cunabula matres
Paruula securo nutritis pignora lacte:
Quot tepidi erūpēt oculis turgētibus imbres

Quot gemebūda p̄met fessus suspīria pulmo
Mæsta quot attractis salient singultib⁹ ora
Quō tepido dulces rapiuntur ab vbere nati?
Atq; viris ipso cęsis in limine vestræ
Diripientur opes: sparsis cū crinibus ipse
Præda eritis: manibus victis hostile per agmē
Ibitis attonito prostrata cadauera gressu
Calcantes lacerasq; comas atq; ora cruenta
Vestrorū seu natorū seu forte parentum.
Atq; pio late stagnantes sanguine campos.
Summe pater cęli saltem cui regia paret
Singultus audí in fontes fletuq; piorum
Flectere: crudeles gladii saturandaq; cęde
Spicula primores populi: frontesq; superbas
Oraq; blasphemis feriant inflata tumore:
Parce rudi populo maiorū exempla sequenti:
Imbellēq; manū salua: qui cætera saluas.
Quid meruere greges: pastorū icuria dāno ē
Cerne laborantem freta per salientia cymbā
Et miseris fer opē nautis: pontūq; furentem
Sterne: suis manda vētos liget Eolus antris
Fatales properant anni: nouiesq; voluta
Fert alias leges centeno machina cursu.

Nec deus has labi ærūnas ꝑhibebit ab astris
Tempus adest quod iā venturi ꝑscia natū
Pectora: fatidicę quod ꝑdixere sibyllæ
Corripite arma viri dextris leuasq; reflexis
Insertate manus clypeis: deus odit inertes.
Ecce procul dē so nigrescit puluere cęlū:
Sublatæq; leues nymbi tolluntur harenæ.
Accipient fuscę cędis caua flumina riuos
Rubraq; ꝑāpineos imitabitur vnda liquores.
Non igitur frustra diros ardere cometas
Vidimus & medio ꝑhæbū pallefcere cælo
Defectūq; pati: nigraq; in veste sororem
Inter nocturnos ignes incedere męstam.
Tempus erit parcis celeres glomerātibꝰ ānos
Quom mediis fossor campis tellure subacta
Inueniet conosq; truces & vnda virorum
Ossa grauesq; solo galeas ensesq; sepultos
Armaq; nostra suo non cōueniētia sæclo.
Atq; immutatos rerū mirabitur vsus.
Hæc properāt: dictūq; fides nō fera sequetur.
Sed steriles gelidæq; aiæ quas imbre megera
Lęthęo aspergens requie sopiuit inertī
Contemnūt: tepidoq; trahunt secura cubilī

Ocía tractantes lautís conuiuía mensis:
Nubíla mens hoím sortísq; ignara futurę
Terretur vanís & vera perícula ridet
Nō tamē ísta mínus properāt: ícredula penas
Turba dabit: curísq; breuítabescet amaris.
At sí tantus amor superū sí tanta moueret
Corda virū pietas: studiís sí talibus arces
Ingenuas colorent hoies: nec íacta perirent
Semína: nec lituí streperent: nec classica cantu
Terribilí: nec díra lues præcideret annos.
Nam licet obsequiís opífex lucentía mundi
Astra suis aptans semē causasq; malorum
Ignibus ætheriís dederit cęloq; volanti
Ipse tamen liber nulloq; cohercitus astro
Vultq; potestq; pijs precibus votísq; suorum
Annuere: & cęli flammás cohibere nocentes.
Aspice magnanimū bellatoremq; ducemq;
Qui promissa suū genus íntroduxit ín arua:
Et facilem cognosce deū: miserísq; fauentem
Casibus: & nostra superū prece numína flectí.
Barbara gēs populū rēducē phíbebat ab ageo
Pollicito: contra sumptis dux impiger armis
Castra mouens hostes íngentí strage fugatos

O

ll. i.

Præssit: & infesto turbas dum cæderet ense
Iam nox atra caput velata nigrâibus umbris
Pallentes vrgebat equos: letumq; soporem
In terras biûgo secû temone vehebat
Ne tenebris decepta manus victoris ab ictu
Cedeq; cessaret solymis vt gloria maior
Effet & euulsa generis radice superbi
Libera pacificis habitarent agmina campis
Vota precesq; ducis deus audit: atq; volâtis
Ipse manus phæbi volucrûq; retraxit equorû
Lora pater pluresq; diem produxit in horas:
Vincendiq; moras dedit: & comes iuit i arma.
Sol stupuit: fixoq; diu resplenduit orbe.
Cætera quæ celi dominû Titana sequuntur
Ordinibus certis sua ne interualla vetusq;
Sidera mutarent iter & ne curreret orbis
Ordine turbato currus traxere citatos.
Et iuga frenatis subito tenuere quadrigis
Solis ad exemplar: regemq; imitata quierunt
Vranie dulci septem discrimina cantu
Quæ regit immoto vocẽ cõpressit olympo.
Sic pater edixit: sic dij fecere minores
Sirenesq; octo: quibus est data cura mouendi

Immortale dei templū his quattuor orbes
Ipse arcem super excelsam super ardua mūdi
Culmina qua roseum surgens aurora colorem
Explicat eterno patrem modulamine laudāt:
Cunctaq; distinctis aptant mortalia fatis.
Humanis igitur si mitia numina rebus
Cernimus antiquos tantū curasse labores
Vt tardata polis mundi mirantibus astra
Paruerint homini credo si nescia labis
Totaq; sub magni imperiū collecta tonantis
Semper nostra piis peret legibus ætas
Sollicito terrore carens felicibus armis
Mortales agerent sub diis custodibus euum
Nostraq; nō nymbo metuēs nō missa p̄ auras
Ardenti iouis arma manu: nō torua furentis
Ora noti lybicū spumans quibus equor in altū
Tollitur: & campis versa liquentibus vnda
Serpit in ausoniā tyrrhenaq; littora pulsat
Sed neq; tecta timens cæco sub gurgite saxa
Non vada nō scopulos turcoꝝ a littore victrix
Fetaq; multiplici remearet fœnore classis.
Qua prece placari quo possint munere fleti
Numina castilides ostendite: numina vobis

O

ii. ij.

Cognita terrigenū miserę succurite sorti.
Dum precor Vranie cui sidera nota deūq;
Tecta supercilio sic est effata sereno.
Corpora siderei sicut mortalia cęli
Imperio subsunt & nulla rebellibus armis
Bella audēt sequiū magnę erimātidōs astrū
Et quo luna iubet fugit atq; reuertitur vnda
Tempora sol variat: sic mens ęterna parenti
Iusticiam sanctos mores & laudis honorē
Perpetuū debet: sunt hęc gratissima cęlo
Orgia & infestis ostare potentia fati.
Sed postq; liquit terras astrea noncentes
Fugit & ipse hoīm leges qui condidit ordo.
Temporeq; ex illo summi reuerentiā patris
Sancta q; diuini ruit obseruantia cultus.
Hi quoq; qui nomen de religione superbum
Vrsupant q̄q; sanctis a patribus ortos
Se iactent ouiuū molli subvellere fraudes
Mente lycaonias seruant & crimine sordent
Quod spetiē virtutis habēs scel⁹ omē colorat.
Nectn̄ his maculis sordet pec⁹ omē: magister
Ne pereat quędā sibi seruat ouilia semē.
Qui prece sollicitant superos multoq; p̄ omis

Ture litant aras veniã pacemq; precantes
Inuisi superis fedaq; libidine olentes.
Heu frustra incestis iterãt sacra orgia dextris.
Polluti circũ quotiens altaria vultus
Conueniũt celebrãtq; choros & carmiẽ mixto
Sancta deũ vanis penetraliavocibus implent
Irritant irasq; mouent nō numina flectunt.
Hac prece nil opus est: nil adiutoribus istis
Auxilii sperate nouis date templa ministris.
Sacrilegũ genus ex adytis templisq; deorum
Pellite. nec longos scelera hęc vertant in vsus.
Quid solymos ritus qd mōtib; emula templa
Aequatãq; iugis molẽ longumq; per æuum
Limina solenni late celeberrima cultu
Antiquasq; dei sēdes cum mēnibus altis
Eruit: & pulchrã ex imis radicibus urbem?
Sacrificę gentis scelus & contagia passim
In patrias prolapsa domos mouere tonantẽ.
Qui romana vocans ad opes & regna suorum
Castra secũdabat cursus classemq; regebat
Ausoniã: stimulosq; animis addebat & ignes.
Ipse acies tenui circũdatus aura
Versabatur agens animosam in prælia gentẽ:

○

ii. iij.

Oppunantq; altas arces scelerata ruebat
Menia: cęlicolum post longa silentia tandem
Euigilans furor imperiis regnisq; ruinam
Ingerit: & celeri pessum trahit omnia cęde:
Sicut in antiquas flammis volitantibus ędes
Quom sequit vulcans eunt laquearia iunctis
Cũ thrabibus tabuleq; leues: atq; ardua tecta
In cineres: longosq; rapit breuis hora labores
Si robusta fides si spes immobilis ardens
Si pietas senis & vicio inuiolabile pectus
Afforet ignicolor quę lapsus ab ęthere currus
Sustulit in phębi syluas atq; ardua templa
Feret opem possetq; instans auertere fatum.
Ipse sacerdotes phythonia pectora falsos
Abstulit: & longo campis arrentibus ęstu
Elicuit largum subitis de nubibus imbrem.
Traxit & ęthereos superis ex vrbibus ignes.
Et noua circũdãs liquidis altaria riuis
Quom bone maçtato rutilãs supincidit ardor
Et quom dura ferens regis mandata supbi
Attonitus sensit flagrantia fulgura miles.
Hic antiqua tuę iecit primordia gentis:
Namq; rudem tunicam tetrę fulginis instar

Cui simplex experſq; artís natura colorem
Fecereat induitur per ſæcula cuncta nepotum
Progenies iuſſit ſimilem geſtaret amiſtum.
Incola carmelí primus fuit: ipſe pudoris
Virgineí princeps & vite cęlibis auctor
Ipſe ſuo ſanctos vrbes & menia patres
Linquere & in tacitis ſeruare licentia campis
Exemplo docuit: ſol⁹ namq; ipſe per vmbraſ
Errabat nemorum pomis cotentus & vnda.
Gramē ei pro melle fuit pro nectare lymphæ.
Sed fęlix nũc arua colit ridentia ſupra
Frígoris aerii; & lapidoſę grandinis oram.
Ille licet gemina vertex eſtate quotannis
Sudet & a nobis cũ ſol declinat in auſtros
Et cũ littoreí petit humida brachia cancrí:
Scílicet equali libræ phryxiq; ſub aſtro
Depreſſo quoniã multũ telluris ab orbe
Tollitur infeſtis nunq; tamen ignibus ardet:
Purpureos ſemper flores ſpirantibus auris
Ora tepens ſemper violas & candida ſemp
Lilia fert: breuibuſq; dies abſcondiẽ vmbriſ.
Quattuor ex iſtis labentia flumina campis
Lata rigant aſię ripis ingentibus arua:

○

i i. iiii.

Sunt riuus fontes: vitreosque nitentia riuos
Prata bibunt tersus semper sine nubibus aer
Nec quatitur ventis nec rauca tonitrua fragit.
Brachia pomifere curuant redolentia syluæ
Pendulaque electri gratum induit vna colorem.
Collibus in paruis vbi paulum iuggera surgunt
Perpetuas ramis fecunda feracibus arbor
Semper habet fruges quibus & continere fatum
Possis & expertem morbi seruare iuuentem.
Nulla patet curis illuc via: nulla dolori.
Nulla nesci: collit ista senex loca sancta beat.
Atque sub occasum mundi rediturus in orbem
Non timet interea parca ne stamina rumpant.
Hoc sene nunc opus est. & te mitissime vatum
Cuius ad ingressum rubri salis vnda recessit
In geminas rupes: patuit maris aluens ingens
Preterente duce & populo per concava regna
Neptuni: timuit triton: sonuere cauerna
Delphines curui & phocæ fugere natantes.
Subque imas ægit protheus pecus omne latebras.
Si deus hos nostro miserans concederet æuo
Dura inter vapidos paterentur iurgia patres:
Vsq; adeo inuisa est probitas odiosaque virtus

Tempore nanq; isto vicio datur esse pudicum:
Est scelus esse piū: seclī hęc est gloria nostri,
Parce igitur pro gente tua tabescere vates:
Pone preces: ambire deos & sidera noli.
Quod cælū superiq; ferūt mutabile non est.
Dixerat Vranie cū tespiās altera vocem
Extulit & tales est orsa polymnia cantus
Hic iuuat antiquā cladem veterūq; dierum
Fata recensere & primęq; gentis ab ortu
Illuuiem repetens missos trās littora fluctus
Ignotosq; prius nymbos & nubila dicam
Scilicet vt memores iusto sub iudice vestros
Ire dies certasq; sequi post crimina pænas
Cautius ambiguę cursus & eūtia vitæ
Tempōra curent nec inertī pressa veterno
Mēs hēat: sed prōpta graues supereuolet art⁹.
Venturāq; timens cladem vicinaq; fata
Mobiliū turpi rerū ne se inquinat vsu
Sed solū videat patrem & reuertētur adoret:
Qui sedet & stabilis solo mouet omnia nutu.
Cum pater oceano sceleratam perdere gentē
Vellet: ad imbriferos errantia sidera pisces
Duxit & officiis aptauit tristibus astra.

Sed tamē ante rudes turbas & barbara regna
Quam subítis deleret aquis premísit in orbē
Fatídícū vatē qui crimína longa píari
Posse libídínibus si noxía parceret ætas
Instantesq; íras caneret clademq; futurā.
Interea díuū monítu contexere vastum
Instar mōtis opus cępit quo clauderet omne
Quadrupedū volucrūq; gen⁹ stirpēq; nepotū:
Formabatq; ratem magnis super equor iturā
Motibus & grandí pressurā nereá mole.
Clarus adhuc radiis phębí lucētibus ether
Splendebat quū ligna faber cęsamq; pararet
Materiem: nōdū tellus cognouerat imbres:
Sed crescētis adhuc post prima exordía mūdi
Terra patens proprioq; madēs hūore ferebat
Omnia: prouentuq; suos meliore colonos
Iuggera pascebant: grauíoraq; semía culmos
Pomaq; maíori curuabant pondere ramos
Tunc etiā virídes animalía tuta per agros
In longos ventura annos quūq; senile
Gramína tondebant: nūdū violata pruínis
Nec gelídas experta níues: sed mítia viris
Tempora & assiduū placídíssíma frígora rore.

Nondū Lampetīes íthacís armenta colonís
Obfuerant. nec fixa verū verſauerat exta.
Geríone nōdū fuerant magalía: necdum
Raptor auentínos macularat ſanguíne colles:
Impianec cęſís víuebant ſęcula bobus.
Tunc ígitur populí indocilí ignara deū gens
Mírantes ratis ímmenſam conſurgere molem
Conſiliū ſpreuere víri: nec dícta putarunt
Dígna fide: & ſanctū ſenis írríſere furorem.
Ecce níger píceís velatur nubíbus aer
Et phębí lux alma díem díffundit opacam:
Iam cęlū ínſolítis reboat mugítibus: íngens
Nimbus adefť: fugere ferę fugere volucres
Flumína certatím tumídís nereídes vndís
Et freta tollebant: nígro pallentía cęlo
Nubíla cōglomerans pennís rorentíb⁹ auſter
Aethíopes líbyamq; ſuper ſtrídente volatu
Ibat: & excuíſís ardebant ígníbús aurę.
Folíę tremít omne ſolū: furít eolus: antra
Fracta ſonant factoq; volāt procul agmíe vétí
Contremuere vrbes tríſtes per rura coloní
Cogere ab íbre greges: ſtabulís armēta tuerí
Dū properant creſcētís aquę lata ęquora curſ⁹

Impe diūt. frustra pecudes balatibus agnos
Sollicitant: frustraꝫ vocāt sua parua capellę
Pingnora: conuellūt frōdosa cacumia Cauri:
Diripiūtꝫ casas: volitantꝫ per aera culmi.
Attonitę matres strīctis ad pectora natis
Ardua tecta petūt: iuuenū robustior ætas
Annosās scādūt quercus: fugiūtꝫ repentes
Quod nulli fugisse datur: cōfusa per vrbes
Infantū iuuenūꝫ sonant lamenta: senūꝫ:
Itur in excelsas turres & summa domorum
Culmina: ne ptunus spumans vlticibus vndis
Insequitur miseros arctant pręsentia fata.
Imbre madēt tunicę: porrectis crinibus vnda
Liquitur: oceanū dicas ex æthere labi:
Et lachrymę miscētur aquis: ad nubila frustra
Tollūtur cū voce manus: sua numina quisꝫ
Clamat: in erectas boreę violentia frontes
Nimbofo spuit ore tonans & verba præcantū
Suffocat ne forte dei referantur ad auras.
Iamꝫ superfusum cāpos absconderat, æquor:
Nulla fugę superest: superest spes nulla salutis.
Hęc vada nō gressu nō sunt tentanda natatu:
Et iam montanis veniunt qui e fōtibus amnes

Et quæ per cãpos latis vada concaua rîpîs
Magna mole fluûnt gremio complexa capaci
Vix tanto fatis est onerî neptunîa dorîs.
Iam solæ extabant excelsa cacumina quondã
Hunc humiles merseq; altis in fluctib⁹ alpes
Vtribus innixti tabulisq; ad pectora tractis
Complexiq; trabes haustû seq; ore vomebãt
Oceanû tandẽ victi oppugnãtib; vndis
Ora sub immensos mergebãt pallida fluctus.
Vallibus ex imis profugos q; summa tenebãt
Culmina montanosq; apices: cû nereia semper
Alta magis petere: & plenîs de nubibus îbres
Certatim ruere. & iã mortẽ instare viderent
Penituit tandẽ: serasq; dedere gementes
Nequicq; lachrymas: & fallere numina votis
Consueti quû vota darent ridebat olympus.
Flumina non norant rîpas nec littora fluctus
Aerie volucres humore madentibus alis
Præcipiti casu lapsæ cû brachia multum
Iactassent pelago: fatû tandẽ ore trahebant.
Fugerat in latices rhodope: magnusq; latebat
Apenninus aquis: nigro sub gurgite summû
Presserat ossa caput: non apparebat olympi

Altus apex ípsis auibus non peruius áte
Tunc tamen & curuis ratibus si forsitan illa
Aetas vſa fuit ratibus pecoriq; marino
Peruius: æquoreo que nunq̄ t̄ngitur imbre
Vicinis tímuit mergi sub fluctibus vſa.
Apta prius bello atq; armis procera gigantũ
Corpora cũ paruis turba cũ paupere reges
Purpurei nabant sine maiestate ſupinis
Pectoribus: merſo ſub gurgite fæmina vultu
Diffuſiſq; freto vittis & crinibus ibat.
Inuoluit ſors vna omnes. diſcrimine nullo
Gríphes equi dãmę atq; canes cerui atq; leões
Agnalupus ſimul errabant: certamina lítes
Mors dirimit: certãq; dies parit vltima pacem
Iamq; hoies iãq; vnda feras populata fluebat
Libera non ſcopulí toto nõ ínſula ponto
Nec cyprũ venus almavidet nec delphica phę
Tēpla: nec alcides thebas: nec cithia delõ (b⁹)
Nec iuno ſua rura ſamon: nec gnoſſia regna
Iuppiter: extincta fugit vulcanus ab ętna:
Quãuis claudus erat triuię vicina petiuit
Atria præpetibus pennis celeriſq; volatu
Nec cupreſſiferã Cillenen aſpícit hermes:

Nec tyberim mauors audax: tegit oia pōtus.
Protheus & doris glaucus matuta palemmon
Cuncta tenent: pindi phocæ videre cacumen.
Occiderat tellus: ignis neptunus & aer
Mundus erat: cererē thetys amplexa p̄mebat
Vndiq̄: neptunū quartæ reuerentiã fortis
Nō metuit violare domū Thalamosq̄ sororis
Herbiferę: tentare etiam Iunonia regna
Non metuens auras spacio breuiore coęgit.
Atratis omne vehēs aial terrestre per altum
Ibat: & obiecta dirimebat corpora prora.
Atq̄ vidēs vtrūq̄ polū sublimior ipsis
Nubibus çthereū per iter qua casus agebat
Nūc zephiros cōtra errabat: nūc solis ad ortus
Nūc austros nūc vsta petēs aquilonibus arua
Donec in armeniaē rupis delata cacumen
Iam retro labente mari vestigia fixit.
Nam pater excelsa mūdū specularatus ab arce
Vt genus humanū saluo vix semine vidit
Interiisse fretū iussit cessare: nec vnq̄
Amplius Aegeon dixit montana reuifet
Culmina: nec scyllę glaucus iūgetur in altis
Montibus: extremæ lustrabūt cætera flammæ

Cum vetus ingenti tellus arsurā camino
Absorbebit aquā pelagi sitientis: et ipsos
Aethereos mōtes camporū equabit harenis.
Tunc altos mortale genus voluetur in ignes
Immensūq; dabit volitans vaga flāma fragorē
Et fornace gemēs mundus fumabit eadem.
Nec tamē hęc phætōtis erūt incendia phæbo
Quę nolēte cremēt orbē: tunc omīa vires
Astra suas iurata dabūt: & nostra faceffent
Imperia atq; alias alio pro crimine pēnas
Gens humana luet: cinerē soluētur in atrum
Quę mare quæ tellus: q̄ corpora possidet aer
Nec tūc vlla virū flammās industria vincet
Hęc dicente deo: nubes fugere: notusq;
Occidit: & pulsus claris aquilonibus auster.
Iam taurus iuga tollebat deformia limo
Lentus & ex altis stillabat frōdibus humor.
Semisepulta inter cumulos humentis harenæ
Corpora siccabant aurę: passimq; abeūte
Rupibus in summis herebant equore Conchę
Iam claro rutilans ardebat lumine phębus:
Monstroatq; procul discussis nubibus idem
Turribus ex altis primū titana videntem .

Ryphęas arces lícię cilicumq; superbis
Aggeribus frontes: Athon & rhodopeia saxa
Et casias moles magniq; cacumen olympi
Atq; phyrheneos apices Atlatanq; magnum.
Ex alta senior specula caput extulit album
Telluremq; videns salve sanctissima dixit
Terra hoim pecudūq; parens fecūdaq; nutritrix
Quę frugū gen⁹ omē paris quę vulnera tergo
Infinita pio pateris quō pignora pascas:
Tu rapidos ignes elementaq; cętera fixo
Limítetu celos sicut grauis anchora puppes
Inconcussa tenes: pedibus tua mília nostris
Pectora substernis gaudens: & męsta capaci
Membra sinu defuncta foues: siccare tuamq;
Accipe progeniē pelagi tot casibus actam
Longaq; perpesam angustiis incōmoda tectis.
Hęc ait. & pressas valles speculatus aquosos
Vidit adhuc campos nebulasq; errare cadētes
Arua per & lento circū iuga serpere gressu
Et pronopetere ima gradu Zephyrisq; fugari
Leuibus: & sensim notis sua fluminu ripis
Restitui: & pressos sua littora quærere fluctus.
Tum pater ingentes rupto sibi límite portas

O

kk.i.

Oceanus fecit: per quas ire atq; reuerti
Possit: & imperio lunę labi atq; relabi
Motibus alterius mediasq; reuifere terras
Tunc gelidi sinus euxini tunc alta propõris
Ioniumq; satum: longis quod fluctibus altum
Currit ad atlantē: solidis tum caspia ripis
Colligere occultas ceperunt equora uenas
Fluminaq; & missos sythiis de valibus anes.
Tunc arabes inter campos Niliq; lacunas
Selate mare diffudit: tunc persica doris
Est ingressa solū merces latura per indos.
Tum quoq; meotis latam diffusa paludem
Fecit et immenso glacies induruit orbe:
Despiciens iterū sublimibus alta fenestris
Protulit ora senex & circū lumina uertens
Acilis pendente manu deprehēdit Araxem
Finibus includit propriis: rigrynq; volentem.
Sic ratus Euphratē sic est ratus ire Niphatem;
Sic rhenū enetūq; padū rodanūq; Ararimq;
Sic thermodontē dubiis e fontibus ortum
Et latos hypanis latices bisaporis & istrum
Sic vada iordanis sic nili flumina septem
Et sua qui nigris dat nomina gentibus indū:

Immixtūq; frētis solūq; Boristenis amnem:
Tunc etiā nitido cęlos incedere uultu
Et Phębi occasum croceo splendore rubentem
Humēiūsq; notī flatus cessasse nocentes.
Contemplatus: habent dixit bella aspera finē
Et tandem maris & celi cecidere furores.
Mox referata uidēs bipatētibus hostia ualuīs
Namq; deus limen quod clauserat añ:recluse
Omīne frondiferę lętus redituq; columbę
Seruata cū plębe senex exiuit & agris
Restituit pecus: & nemori genus omē ferarum
Et leuib; pennis volucris abiere per auras.
Finerat tali responsa polymnia cantu
Altera cū docti nutu soror annuit oris
Et placidā Clío surgēs extollere vocem
Cępit: & exēplum prisca memorabile dixit
His adiunge senis: qui marmore prim⁹ acuto
More sacerdotū phrygię Pudibūda Cybellis
Mēbra secans magno dedit orgia grata tonāti
Ipse pater sanctę fidei pater ipse timoris.
Hūc habeant tua sęcla ducē: sic fletere cęlum
Sic mutare deos poterūt sic fata mouere.
Tu dea dic inquā: tuus hic labor: ipsa capaci
kk. ij.

Mēte tenes: viteq; memor monumēta prioris
Cernis: & annales eterno pectore seruas
Cunctaq; pręteriti memorāda negocia sæcli.
Tunc dea virgineos oculos frontēq; venustā
Mouit: & in cęlū versis ita vultibus orsa est:
Da pater ingeniiis lumen da cordibus aures.
Et chaos humanis cęcū de mentibus aufer
Oblitosq; nouas fordes laudata priorū
Facta sequi patrūq; vias concede nepotes.
Mox ad me conuersa suoq; innixa sedili
Talibus historiā cepit pcurrere dictis.
Clara iacet tellus vltra Babylona superbam
Quam veteres ideo vestri dixere medamnē
Quod geminos inter late diffunditur amnes:
Scilicet en fratrem Tigrimq; e fontibus iisdem
Progenitos & mox disiunctis flumina ripis
In duo diuisos quorū secat illud æoas
Occiduas aliud ptes: longoq; meatu
Per nigros arabū populos versata rubentes
Ingrediuntur aquas: & secū doride miscent.
Terra igitur fluuiis prius intercepta duobus
Frugū terra ferax argentī diues & auri:
Quę nimio neq; sole calens neq; frigoris æstu

Pressa graui tepet eterno placidissima vere:
Indiga lympharū tamē est: paucisq; rigatur
Fontibus: assiduo pascuntur gramina rore.
Hec hoīm sublimē genus clarosq; virorum
Fert animos diuū sacris aptissima rebus
Pectora cęlestesq; vias & sidera doctos
Quos dixere magos: etiam per perfidis agros
Fenicūq; domos habitant: & agenoris arua:
Hos antiqua tyrus nouit: Pīscosq; sidon.
Terra tamē gemio primū quę clauditur amne
Hos tulit: & primos horū sibi vendicat ortus.
Hac igitur de gente satus gratissima cęlo
Progenies magniq; sagax habramus olympi
Cognitor errores varios damnauit & aras
Indignę gentis: veras nanq; ipse per artes
Illapsuq; dei monitis diuersa negauit
Numina sed solū summa confessus in arce
Esse patrē reiū artificem mūdīq; magistrum
Abstulit & fati leges & inania iura
Fortunę: casusq; leuis damnabile nomen.
Aeternoq; docens animos post funera dixit
In requiem & vitę patriam melioris ituros
Quī ueriti numen maiestatemq; tonantis

○

kk. iij

Clauſiſſent ſinglabe dies & ſancta ſequuti
Que generi dedit ipſe ſuo mandata fuiſſent.
Propterea falſis aſſuetē legibus vrbes
Vt noua tradentē populo mandata deoſq̃
Tollentes nouere virū: cōmunia ſanctum
Inciuem vertere odia: inſenſq̃ fuerunt
Qualis ſocraticę quōdam gens artica uoci
Id metuens natale ſolū patriamq̃ relinquit:
Regnaq̃ ſidonio Petiit contermina ponto.
Rex erat aſſyriis ninus: atq̃ ſemiramis uxor
Extincti poſt fata viri victricibus armis
Protulit imperii fines per Baetra per indos
Inacus arginā paruo poſt tempore gentem
Rexit: & incachia cū iupiter iſide captus
Tunc atlas humero cęlū tulit: igne prometeu
Humanū madido formās in puluere corpus
Contigit: & venas vitalibus imbuit auris.
Nondū Roma ſuū Tyberī nec magna futurę
Troia pareus Romę Xanti cognouerat vndaſ.
At cū dura fa mes agros & meſta teneret
Regna paleſtine mutata ſede petiuit
Niligenas felixq̃ ſolū quod piguidus vndis
Horrea centenolatiffima ſenore complet.

Tunc rudis ægyptus campos & dura colebat
Iugera: nec causas rerū speculata latentes
Nouerat. ætern o currētia si dera motu
Lanigeros curare greges caua cymbia dulci
Lacte coronare & mites nutrire iuuenos:
Tunc cōmunis erat labor: hoc ægyptia pubes
Eexercebat opus glebaſq; domabat aratro
Traxit ab his curis animos habramus: & altā
Suspiciens arcem mūdi Cognoscite dixit
Aethereos ignes & non mortalia magni
Tēpla patris: sanctiq; operis sanctissima signa:
Artificemq; deū qui sidera calcat & ipsam
Grādibus infusam membris cognoscite mētē:
Neu sinite æternos assuescere terræ
Lætariq; luto & rebus gaudere cadūcis.
Terra perit pereunt vndæ mutabilis aer.
Intereūt ignes semper durabile cælum
Permanet: & nostris animis habitacula seruat.
Ob scelera & culpas hoīm ritusq; nefandos
Impia diffuso perierūt sæcula ponto
Ob scelera & culpas hoīm ritusq; nefandos
Incineres ibit tellus tenuemq; fauillam.
In superos estote pij satis ampla feretis
O kk. iij.

Sacra deo templisq; suos reddetis honores
Quom sine sorde preces & labe carentia vota
Offeret intanctū maculis & crimine pectus.
Iusticiam moresq; pios offerre: litari
His sibi vult pater: infractus licet irruat orbis
Virtutes animiq; manent: benefacta super erūt
Semper: & arbitrio deus omnia iudicat equo.
Viuerē virtutū memores: virtutibus et: et
Scāditur: & sūmos quos cernitis itur ad orbē
Hęc populis p̄cepta ferens habram⁹ olympi
Explicuit cursus omnis: bis sena q; signa
Que variant nitidum stellatū limitis orbem:
Innixa q; fretis terras pontumq; teneri
Aere sub limes ferri circum aera flammās.
Astra ignes circum super ardua culmina mūdi
Aeternū regnare patrem sceptrūq; teneræ.
His super addebat prolem post longa furtā
Tempora quę renouet meliori sęcula lege
Rura petens iterū proli p̄missa futurę
In primos quos ante fame regnāte penates
Fugerat argenti locuples remeavit & auri
Et cū rege loci percusso sędere gressum
Cū consorte thori seruatorūq; agmine magno

Fixit: & assirios impleuit ouibus agros.
Tum primū cęleste genus sub imagine vísū
Creditur hūana: quon forte sub ilicis vmbra
Frígora captaret venientia numína vidit:
Vnū quod dulcem natí prædiceret ortum
Et duo quæ flāmis ruerent cęlestibus vrbes
Infames viciis vrbes & sulphure dignas.
Et quoniam mater ventura senilibus annis
Pignora subrisit materni nomína risus
Induit auspiciis oriens fęlicibus infans
Spes generis celi Proles habitura fauorem
Et longas vísura dies: magnāq; datura
Progeniem: vísura deū vísura tonantis
Semina de seris exire nepotibus olim.
Pulcher & eximie diuino frontis honore
Præditus vndenos iam bis puer egerat annos
Quoz de⁹ habramo dedit hęc mādāta fidei.
Iceler: vt nostræ dulcem tua pignora risum
Sacra feras aræ sūmí pete culmina montis.
Cōpositisq; super truncis altaria flāmas
Subiice: & arrepto natí pete guttura cultro:
Accensosq; super ramos effunde cruorem.
Impiger ostensum chara cū Prole cacumen

Struxit ubi celsam templi rex tercius arcem
Solutus adit famulis umbrosa in valle relictis
Sepe patri dixit iuuenis tibi culter & ignis
Victima nulla tamen: suspiria longa paternum
Pectus agens nostris inquit lectissima flammis
Victima mox aderit: lachrymaeque pro ora cadebant
Et iam multiplici stabat rogos arbore gradis
Subiectisque nouae rutilabant ignibus arae
Quom pater aetherij referas mandata parentis
Talia vix pressis nato singultibus inquit.
Chare puer dulcis vitae mihi dulcior annis
Quae mea clausuram sperabam lumina cuius
Auxilio leuiter senij graue pondus inertis
Laturus fueram mea spes mea nate voluptas
Ob decus egregium formae teneramque iuuentam
Ingeniumque piis sacrificisque accomoda rebus
Corda videbaris longo dignissimus aeuo:
At secus est caelo visum summoque tonanti:
Sicut mira tibi fuit & caelestis origo
Sic memoranda tuum renouat miracula funus:
Sanctaque felici mors non discordat ab ortu
Non morbo senioque cadis non occidis hoste
Hostiam caelitibus fies: manibusque paternis

Mite feres mortis genus hoc: inuita tremensq;
Tristibus officiis accedit dextra: pauetq;
Pectus: & immotis frigent præcordia fibris:
Sed superũ mandata sequi: & p̄pere necesse est.
Nec te dura breuis moueat penitentiã fati.
Quãdo tibi melior dabitur vita æthere i alto.
Hac pater illachrymãs charaq; i imagine natĩ
Lumina defixus minuebat voce dolorem
Filius hæc contra pater hæc suspiria pone:
Pone pater fletũ: si quicq; fata doloris:
Funera si quid habent p̄neg fugit ocius euro.
Ergo dei sortem potuisti credere nato
Difficilem: teneris ne fui sic doctus ab annis?
Hos puero mores pater hæc præcepta dedisti?
Intrepitus fatigenus hoc reuerenter honestũ
Suspicio: nec me flammæ nec vulnera terrent
Immo ego me frustra genitũ: & vitalib⁹ auris
Contra iura frui credam si iussa pigeret
Ista pati: mea membra deus melioribus auris
Imbuet: interea donec noua venerit ætas
Pace fruar placida patrũ cũ mitibus vmbriis
Te expectãs: tua nã q; iterũ pater ora videbo:
His pater in fletum dictis prorupit: & ibant

Ora per & barbam lachrymę: cecidere tremēti
Arma manu: cū sic iterū puer ora resoluít.
Quid patris & natí tantū te nomina terrent.
Quid te falsa lígat stultę pietas imago?
Est pietas suprema deo parere: nec vllum
Gratius est sacrū nec victima sanctior vlla.
Anne doles tua quod sup̄is sit & ęthere digna
Progēies? qđ adhuc trepidas habraę qđ he
Quitā felici fraudas tua pignora sorte? (res?
Redde deo precor hęc aiám terrena perosam:
Eripe me tenebris: aditūq; ad sídera pande.
Prospicit ex alto deus hęc spectacula cęlo
Hasq; moras dudū & dextrā miratur inertē.
Sic ait: & molli denudās guttura veste
Post patrem rutilos puer accedebat ad ignes.
Iam pater ardentem plorans ascenderat aras:
Nudatoq; piū natí caput ense patebat
Quom deus amborū motus pietate ministro
Idixit celer. & veniens clamabat ab auris
Pone pater cultros: mitem ne iníterfice natum
Sat tua nota fides: pietas tua cognita celo
Iam satis ęst. cessa. gratam nobisq; tibiq;
Progeniem serua: & matrí sua pignora redde

Obiecitq; ca prū gladio qui cornibus altis
Veperibus herebat: tenuitq; euauit aura.

c Enis ut indomitis hoīm cernicib; 9 instet

Ira deū: durasq; terāt quo turbie frōtes:
Aspicias ut subiecta fouens & sancta gubernās
Corda pius pater equali regat omnia lance:
Nos igitur quos tot surgūt immania contra
Signa tot hostiles uultus: truculentaq; toruis
Ora oculis qui tot deuastricia monstra
Perq; agros passimq; ipsas errare per vrbes
Cernimus & nostris instare pericula rebus
Si grauib; moniti exemplis oracula diuum
Et responsa deū se quimur: nec flumine sacro
Penituit prima fusos ab origine crines
Clara soporatas illustrent lumina mentes:
Instruemusq; animas: hūiles in sancta feram;
Tēpla p̄ces: exempla patrū meliora sequuri.
Purior interea depulsis nubibus aer
Induet antiquos uultu ridente colores
Grana ferant. sulci dulcesq; racemifer uuas
Palmas: & alma Ceres mitisq; fauebit hiacua
Atq; salutiferis immisse flatibus aure
Innocuos celi tractus synceraq; reddent

Atria fatifero passim moriente veneno.
Bellaq; composita cessabunt horrida pace.

FINIS:

FRANCISCI Cereti Parmensis Iuris Pōti-
ficij Scholaris ad præstātissimū adolescentē Ia-
cobum Mariam de Lino Ciuē Bononiēsez: ac
Dominum Colendissimum Carmen.

L I N E Decus fidei dentes
cui Serra beatos
Alligat: & veteris pi-
gnus amoris habet:

Non secus ꝑoꝝ præruptus in aere Magnes
Attrahit in vires ferrea vincla suas
Actua sancta fides nullo violabilis æuo
Attrahit incultus pectora nostra suos:
Quam nec liuor edax: nec lōgi temporis ætas
Abluet a nostro pectore: crede mihi:
Propterea cū sis vita mihi carior omni
Accipe diuini carmina vatis opus:
Quę tibi pro meritis resides impressim⁹: atq;
Dixim⁹ hæc domino sint monumēta meo.
Disce legens nostræ mala tempestatis: & orbi
Immissas tetro de phlegethonte canes:

Lætiferę monstris septem comitantibus omni
Quę mores abigunt prorsus ab orbe pios
Quę pariunt luxum. fastus. iram. atque veternum:
Inuidiam. curas. crimen auaricię.
Horrida quę pestes. & funera seua. famemque
In latias ducunt dira venena domos:
Cum nec sanctus honor. pietas. nec conscia recti
Mens: probitas. virtus. nec sit in orbe fides.
Sed dolus ingrati generis. discordia liuor.
Crimen auaritię. luxurięque scelus.
Ergo pio Vati meritos præstabis honores
Cui latię debet fama secunda lyre.
Interea nostri longum seruabis amorem
Dissimulans fidei pignora sancta tuę.
Hęc & plura tibi plectro meliore canemus
Cum dabitur: resides cogimur esse. Vale.

FINIS.

Calamitatum nostri temporis opus diuinum.
Parisiis impressum per michaelē lenoir. Anno
natiuitatis domini Millesimo Nonagesimo *Quadragesimo*
octauo Die decima tertia Mensis marcij.

cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

[Faint, illegible text in a Gothic script, likely a Latin manuscript.]

Adam of Bremen

[Faint, illegible text in a Gothic script.]

[Faint, illegible text.]

[Faint, illegible text in a Gothic script.]

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

